

Sigismundus primus Rex Polonia
 Consiliarijs maioribus Regni Polonici

128

Magnifice sincere nobis dilecte Nescimus nostrâ ne infelicitate, vel cuiuspiam alterius fato accedat, quod per omne tempus, quo munus gubernandi Regni suscepimus, Conventibus quotannis celebratis & communi consultatione, cum de prohibendis submovendisque à prædatione hostibus, tum de stabiliendis militaris disciplinae & domestici ordinis rationibus habitâ, nihil tamen certi & diuturni unquam vel excogitare vel instituire voluerimus, quô & Regnum in tranquillitate servari, et Nos à crebra & sumptuosa Conventuum congregatione liberari potuissimus. Quæ res primis illis commodioribus temporibus fuit, ut debuit, molesta, nunc certe & viribus corporis debilitatis, et rebus Christianitatis nimia in perturbatione constitutis longè molestissima existit. Ut enim ab initio exorsi rem ad extremum perducamus, et cum primis novissimas conferamus, nullus posterior annus reperietur, qui non acerbior priore, neque dies insequens, que non antecedente calamitosior difficiliorque Regno nostro contingat; quod & sinceritati tue apparere credimus ex præteritis duobus Piotrcoviensibus & Cracoviensibus Conventibus proximè se consecutis; in quibus post multas

multas deliberationes, de salutaribus remediis habitas, neque
que communi paci & defensionis Regni ulterius, quam ad
unicum hunc annum, qui iam præterit est provisum, neque
aliquid certi, tam de iurium correctione, quam de fundorum
estimatione perficienda constitutum, & Nos vicissim
id ipsum ex ipsi inanis & variis consultationibus
partim ex Tartari hostis nostri perpetui rationibus, tum
denique ex vicinorum Regum discordiis bellisque conti-
nuis facile perspicimus, cogitatione nobiscum reputan-
tes, quid difficultatis & periculi res hæc contineat, quod
ab aliquot annis nullo federe cum Tartaro habito, ne-
que modo certa defensionis in Regno constituto mitten-
dis tantummodo & accipiendis Legationibus, solisque sicut
ingenue fateamur, verbis illum extraxerimus, ab inferen-
doque bello nobis continuerimus. Ceterum, quanto ille
magis fame est extenuatus, quantoque diutius, & prædâ
et donativo nostro fraudatus existit, tanto vicissim &
infensior ipse nobis diuerdus est, et ipsius in Regnum
irruptio validior calamitosiorque timenda ac metuenda.
Istud vero inter Reges Hungarie funestum & misera-
bile bellum, quantum nobis sollicitudinem et terrorem
cum dolore coniunctum offerat, vix satis aliquis existi-
mare possit. Uidentes enim quam nobis propinquum
sit incandium, ad quod extinguendum, si huc sicut quod De-
us avertat, aliquo pacto transferatur, vires nostræ
non sperit suffectura, continere nos non possumus, quin
gravia discrimina meditemur, & presentaneum ali-
quod malum timeamus. Atque cum ita nos discenti
hæc multarum suspicionum curâ essemus, videremusque
que intot, tamque multis malis, communem consulti-

ationem

consultationem summe & mature necessariam esse conven-
 tum Regni Generalium in Oppido nostro Piotrowo ad
 festum Sancti Andree Apostoli proximum indicendum
 duximus & indicimus, quem particularis in Brozowia
 feria --- et communis terrestris in nova civitate Cor-
 ezin feria --- de more precedent; hortamur itaque, ut
 primum ad conventum particularem in Brozowia &
 communem terrestris in Corozin ubi de aliquibus done-
 is & plena cum facultate nunciis operam faciet, Deum
 ad Generalem Piotrowiensem ad tempus designatam ve-
 nire non moretur, ut illis una Nobiscum & cum aliis
 Consiliariis nostris pro fide & prudentia sua opportune
 que opus sunt, consulere et exsequi possit. Et bene
 valeat tua sinceritas. Datum Graurois Die San-
 cti Salusti Anno Domini millesimo quingentesi-
 mo trigesimo. Regni nostri anno Domini
 vigesimo quarto.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]